

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Stockmann

Programma Quo Studiosa Iuventus, ne Suadentibus Bacchi hilariis, Cum vulgo in luxum fluere velit, admonetur

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734832478>

Druck Freier  Zugang



R U Progr. 1650

- 1) Joach. Stockmann
- 2) Johanns. Stockmann
- 3)
- 4) Caspar Mänttin
- 5) Auger Varenius
- 6) Joach Stockmann



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734832478/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734832478/phys_0002)



PROGRAMMA

Quo

Studioſa Iuventus,

ne

Svadentibus **BACCHI**
hilarijs,

Cum vulgo in luxum fluere
velit, admonetur,

PROPOSITUM

RECTORE

Universitatis Rostochiensis

JOACHIMO STOCKMANNO,

Phil. & Med. D. ac Prof.



ROSTOCHII,

*Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. L.*

ОЧИСТКА СОКРАТИЧЕСКАЯ

СЛОВА СОКРАТИЧЕСКИЕ



СОКРАТИЧЕСКАЯ

МЕДИЦИНСКАЯ

СОКРАТИЧЕСКАЯ



Ella, veteri nomine, Duella, pluri-
ma, eaq; famosissima, cum sacræ,
tum profanæ historiæ commemo-
rant; Nec ulla regio ita fælix, ul-
lum seculum ita aureum fuit, quin
ferreos belli motus, & deplorandas inde varias
senserit calamitates, (religionis & justitiæ con-
temptum, homicidia, stupra, adulteria, furta, ra-
pinas, sacrilegia, domorum, templorum, urbium
incendia, ruinas, excidia) Quæ omnia, O uti-
nam! nec nostra sensisset communis Patria, flo-
rentissima olim & opulentissima, nunc diruta &
exhausta Germania.

Nullum verò bellum hominum memoria pro-
didit famosius, quàm quod quadragesimali
hoc tempore, non hi vel illi, hoc vel illo modo
denunciant fæciales, & inter illos imprimis pater
patratus, sed verbi divini Præcones templorum
è suggestu solemniter publicant, idq; non Asiati-
cum, vel Græcum, vel Romanum &c. Sed sa-
crum, ubi non Crœsus & Cyrus, Alexander &
Darius, Annibal & Scipio dimicant, sed ab una
parte in aciem prodit, Dominus cœlorum, Rex

Regum, Jehovah omnipotens, gentis humanae
pater atq; custos; ab altera parte humani generis
juratus & capitalis hostis, aëris & mundi domi-
nus, promptissimus audacia, viribus robustissi-
mus, dolis versatissimus, pugnandi arte & studio
indefatigabilis, in omnes partes variabilis, bella-
tor astutissimus Satanás.

Et hoc illud est bellum, quod in paradiſo
primūm, personatus, & serpentis blandissimi o-
lim animalis formam dolosè indutus diabo-
lus, nostris protoplastis movit, & porro in quo-
rumvis hominum perniciem indies renovat, mu-
tata subinde, etiam in angelum lucis forma, va-
rieq; mutatis armis; Nec enim vi semper & ma-
nifesto impetu rem agit, ensibus, machæris, lan-
ceis, hastis, multò minus terribili sonitu formi-
dandis bombardis & tormentis, sed occultis, ut
plurimum, cuniculis, tacitisq; technis, avaritiæ,
superbiæ aliorumq; in numerabilium vitiorum
dolofis retibus, & hoc bacchanalium tempore,
ebrietatis potissimum & luxuriæ illecebris.
De quo, nescio, quō nomine, quo jure dicto festo, licet
multa, & varia notent alia atq; alia programma-
ta, & studiosam juventutem non uno modo inde
dehortentur, liceat mihi sequentia hac occasio-
ne repeteret;

Vetus

Vetus est, sed infelix, quod his diebus passim agi-
tatur, stultorum seu furiosorum Bacchantium festum:
enjus intermissionem, immo aeternam oblivionem sua-
dere nobis debet, prater alia non tantum ortus pro-
fanus, sed et progressus atque usus turpissimus, finis de-
niq; et exitus calamitosus. Ortum certe debemus hosti
generis humani, malorum authori, qui primis tempo-
ribus, ut in alias nominis cultusq; divini profanatio-
nes genus nostrum prolectavit, ita ne his quidem illud
antiquum suum intermisit, sed et quibuscumq; modis
potest, hodieq; urgere pergit. In paradiſo primos ho-
mines personatus (Quod ex superioribus constat) de-
cepit, ac imaginem DEI, quam ornati erant, tristi
successu haud leviter obscuratam interpolavit. Idem
negotium varijs rationibus ab eodem artifice deinceps
et in ipso DEI populo, et apud gentes tractatum
est. In Deuteron. interdicuntur Israëlitae, ne quis mu-
tatis vestibus mentiatur sexum sequiorem; quod, cum
hunc festo solempne sit, eo ipso indicatur, hunc morem
inter ipsos non fuisse omnino inusitatum. Quod eo ve-
risimilius est, cum etiam Astarten sive Venerem, quam
Salomon rex adificato fano veneratus est, ejusq; cu-
bicularium Lampacenum, cuius fædissima sacra usq;
ad Aja Regis tempora permanserunt, coluerint. Hunc
morem acceperunt haud dubie ab Ægyptiis, apud
quos Bacchanalia in usu fuisse tradit Herod. lib. 2. qui
ea, ut et Galia plurima, in alias regiones quasi colonias,

per idoneos & superstitioni deditos ministros trans-
missa propagarunt. Inter quos Melampus quidam ad
Gracos ea deculit, quorum initia sic à Sophistis aucta
sunt, ut in Italiam propagari ac Etruria primam,
deinde Romæ commendari & frequentari potuerint,
quod Livius lib. 39. luculenter commemorat. Ibi vero
licet Sp. Post humij Albini Cos. vigilantia ac severitate
turbata sunt: tamen ita aboleri non potuerunt, ut in
locum Ethnicismi succedente Christianismo, nec obscura
nec parva signa veteris impietatis relinquerentur. Imo
rest tanto indignior visa, quod eo tempore, quo medi-
tatio passionis Dominicæ animos piorum occupare so-
let ac debet, his seive ludi, sive sacra celebrantur & vulgo
agitantur à priscis nihil vel parum, quippe personis
tantum mutatis, diversa. Prisorum vero illorum ob-
scenitatem Herodotus, Livius, Plutarchus, alij sic
describunt, ut major appareat, quam quibus vel aures,
vel oculi, multò minus animi piorum sint violandi ac
maculandi. Nostro tempore & his locis constant fere,
quantum in sensu venit conventu ebrioso, habitu per-
sonato & motu lascivo, si ritè litari debeat, ut enim ad
alia omnia tanto projectior sit audacia & impudenter,
ipse Bacchus ab ebrietate ludos auspicio committit:
qua cum occupavit Symmistas, quid non designat?
Ibi concipitur facinus ab ebrio, quod personatus exje-
quatur: Impellunt occasiones, quibus nihil obscuri de-
negatur: Vinum animos obruit, nox pudoris discri-
men

men extinguit. Neq; clamori, neq; rixis, neq; tumultui
neq; flagitio parcitur. Accedit lascivia, qua Baccho duce
eū utitur comite venere, qua mens tanto castitatis vello
munita est, qua non admittat hostem, eiq; (c) expugnan-
dam contumaciam permittat. Hac ergo tam prae-
clara solennitas, quem finem exitum nobis pollicetur?
Iram DEI si veremur, qua major & justior concipi
potest à creatore, quam jure meritoq; concipi deberet
contra creaturam, qua ab ipso ad hostem & adversari-
um deficit; qua pro Dei imagine ad quam homo creatus
est, obscenam adversarij deformitatem adsumit;
qua cum homo sit, Satyrum, Silenum, Egipanem
referre mavult; qui vir conditus est, emasculatur &
mollitic faminam superare contendit; qui ratione do-
natus est, in Fauni vel Fatui brutam & absurdam
conditionem degenerat; Nihil deniq; tam deforme,
tam horridum, tam agreste, quod huic jaco thyatæ
simulando convenire non arbitrantur. Quid? quod
bac ira DEI justissima lape fiat, ut fabula cata-
strophen luctuosam inveniat ac infelici exitu turbe-
tur? Sunt enim & alia multa, & in iis eximia ejus
casus exempla, quæ de Carolo VI. Gallorum Rege &
Eberhardo Hohenloensi Comite leguntur & com-
memorantur.

Fugito itaq; studiosa Juventus, turpissima
ad scholas Gemonias, imo gehennam releganda
Bacchanalia; Reseca libidinem turpissimos hel-
luo-

Iuonum mores æmulandi; Ulyssis ceram arripe,
ne voluptatum illecebris circumveniaris. Co-
gita exemplum filii perditæ acerba fama puniti;
Holopernis madidi animam evomentis. Lothi
per ebrietatem incesto polluti, & alia luxuriæ
mala. Vindica ingenium ab interitu, famam ab
ignominia, corpus, quod tot nequitiaæ pervigi-
liiæ exhaustis, à præmaturo fato, animam deniq;
à sulphuriis gehennæ undis. Illud Augustini non
hoc solum tempore, sed semper cogitans: Male-
dictus, qui florem juventutis diabolo, fœces se-
nectutis DEO consecrat. P. P. sub sigillo

Magistratus, Dominica Esto

mihi 1650.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
/rosdok/ppn734832478/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734832478/phys_0011)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734832478/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734832478/phys_0012)



nis & responsionis, quae est de homine
 alissimam mortem, seu אַיִלָּנוּ כְּרִתְתָּה
 conciliando per illam mortem D E C
 רְחִמָּתְתָה הַרְבָּה
 illorum scilicet, et sic επιστο
 νψες, mentione & applicatione magnificā,
 propter Dominum, & triplicati אַרְנֵת
 dentiā, tum ex עַד מִנְחָה עַד quod non
 piatorii ac propitiatorii sacrificii JE
 moriam supplicant & intelligentissimo
 tori Danieli vel solā suggerere ceremoniā
 tamen posse 52. demum septim. בְּרַת הַשִּׁיבָה
 434. annos illa כְּרִתְתָּה הַמָּשִׁיחָה futura
 gai, uter 400 adhuc supereffent anni, id tam
 habet: Malachia idem intervallum pro exi
 mox, inquit, veniet: Sacharia: jubila
 Zion, exulta valde: Ecce Rex tuus:
 Sic ad eandem filiam Zion & domum
 conspirabant duo potentissimi Reges, Feschaja
 timero קָשָׁר וְהַשְׁמָר contine te, & fi
 lis esto: irritum erit & inane hostiu
 lat pro domo Davidicā Immanuel na
 & Davidicā stirpe: hoc ergo non erat
 vidicæ vobis firmamentum & signum
 concipiet, & pariet filium, & vocabis
 men ejus Immanuel.

Superat & facundiam disertissimorum
 us angustiam majestatica unius Esaiæ p
 totius Prophetæ Thema generale spe
 הַמִּלְלָה: In solo Messia ex domo
 ejusq; spirituali æterno & majestatico
 lo corporali vel Judaico vel Israelitic

X3



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.

per re-
 & re-
 tum ex
 abhängig
 ati Dei
 ne evi-
 nici ex-
 TI me-
 scruta-
 us. Et
 seu poss
 Chag-
 nodico
 & mox,
 o filia
 mit tibi.
 us funus
 inquit,
 anqvil-
 : vigi-
 Virgine
 aus Da-
 rgo illa
 על נ-
 gramma-
 rive enim
 הכוונת
 scendo,
 on in ul-
 rum or-
 bis